fert doloribus renū: ⁊ veſice. Caro eritij terreni ſalita cū
oximelle cōfert dolori renuȝ: zinar denominatur achu
chia confert dolori renum: ⁊ anucuben domeſtice leniē-
do naturam cōferunt dolori renuȝ: ⁊ aq̄ decoctiōis eius
⁊ ſirupus ⁊ agaricum purgādo ⁊ calefaciēdo. Gutta al
huſar cōfert ei ficus hūida ⁊ ſicca ſi ab vlcere nō ꝓcedat
Et ex cōpoſitis ad dolores amborū. ¶ Confectio her-
metis diacurcuma: ⁊ cōfectio de alkekengi: nux cōdita:
⁊ oleum de ſtorace: ⁊ de pineis ⁊ de feſticis lētiſcis ꝺ nu
ce indica: vulpinū: laurinum: ⁊ benedictuȝ eſt vltimum:
⁊ mitridatū tyriaca ex dre. ⁊ abo. pigra: ⁊ alia q̄ ſequūtur
Sirupus expertus ſm Johānem caſamizulam ad dolo-
rem renum ex cā frigida vel calida: colera vel flegmate.
℞. capil. ve. bugloſe: ſenationū: ſcolo. filipē. camedreos
camapi. acori: ſcario. cum radice cico. epatice ana. Ma.
j. radicum feniculi: ſparagi ⁊ bruſſi ān. ℥.ij. corticuȝ radi
cis celſi. ℥.ij. polipo. ℥.iiij. āiſi: feniculi: ameos: ſiſi. amo.
dau. ſeminis apij: aſſari: meu. ſu. epithimi: folicu. ſene: zi
zibe. ana. ℥.ſ. liquiri. viol. floruȝ bora. paſſularū enuclea
tarum ana. ℥.j. prunorum: ſeueſten ana. xl. turbit: hermo
da. ana. ℥.j. piperis lon. ʒ.ij. ſeminū cōium: cicerum ni-
groꝝ ana. ℥.ij. ordei pugillum. j. zuc. li. j. zuc. violati reſi-
dentie: zuc. ro. noui ana. ℥.iij. ſuc. ro. noui ana. ℥.iij. ſuc.
roſarū. li. ſ. aceti. ℥.ij. ¶ Confectio trociſcorum ad do-
lorē renum. ℞. ſemis apij. ʒ.iiij. cimini ſemis mīte: ra-
dicuȝ caſtorei ana. ʒ.vj. fiant trociſci granoꝝ. v. ⁊ dentur
vnus vel duo cum vino ſubtili ſi nō febriat ⁊ ſi febrit cū
tepida. ¶ Vnguētum ad dolorē renū: ⁊ neruorum cō-
tractionē ꝯcuſſionem: ⁊ pūcturaȝ: vt valet ad oēs articu
lorum dolores. ℞. olei maſticini: fenugr. cere citrine ān.
ʒ.ij. confice cū mumia diſſoluta in vino. ¶ Emplaſtum
ad ideȝ ſecundum archidia. ℞. maluaruȝ marubij apij:
farine or. ⁊ ſal: ⁊ calidū ſuppone. ¶ Pillule experte ad
doloreȝ renum. ℞. ſeminis ceparū albaꝝ: ſeminis apij:
ana cōficiātur cū ſucco feniculi. ¶ Pillule laxatiue ad
purgāduȝ renes de hūoribus groſſis. ℞. benedicte laxa
tiue iuſtini ana. ʒ.ij. hermo. ſarco. interiorum coloquinti
de ana. ℥.ij. turbit. ʒ.j. ⁊ ſ. catartici imperial'. ʒ.ij. zinzibe
ris aniſi: feniculi ana. ℈.j. ſaxifragie milij: ſal: ana. ʒ.j. ſa-
lis gemme diagridij ſerapini: armoniaci oppopōaci ān.
ʒ.ij. Conficiant cum ſucco apij: doſis. ʒ.j. ⁊ ſ. Et ſi fue-
rit durus. ʒ.ij. poſt preparationem cum predicto ſirupo:
⁊ abſtinētia a groſſis ⁊ viſcoſis. Poſt purgationem in
tret balneum aque mixte marine cum dulci equaliū par
tium in qua bulliāt camomille flores: foliorum lauri: ru
te calamēti: pulegij omnium ana. Deinde poſt exitum
vngatur hoc vnguento. Recipe olei camomille: ⁊ ſemi
nis lini ana. ℥.ij. butiri ſine ſale: dialtee agripe ān. ʒ.j. ſpi
ce. ʒ.ij. cere q̄ ſufficit.

¶ Ca. octauū de debilitate renū ⁊ veſice ⁊ diſſictōe no

cumẽtoꝝ cõtingẽtiuꝫ in actiõe vrinãdi.

Ebilitas renuꝫ ⁊ veſice eſt nocumẽtuꝫ actio
nis ipſoꝝ vel ppria que ẽ circa nutrimẽ
tum proprium vel cõmunis que eſt circa ex
pulſionem ſupfluitatis aquoſe: ⁊ dicit᷑ actio
vrinandi de qua intẽdimus quã G. dixit cõpoſitam ſi
cut primam nãlem in qua qdem actiõe naturaliter ſe ha
bente. ȝ. actus ſil' dicebatur cõcurrere neccĩos: ⁊ ordina-
tos. Primus eſt ipſius attractio a ſanguine ſeqſtratõ.
Secũdus eſt ipſius collectio ⁊ retẽtio. Tertius eius ex
pulſio vnica: ⁊ volũtaria: primus eſt renum: ſecund⁹ ve
ſice ⁊ colli eius cuꝫ lacerto latitudiali circũuoluto in ipo
tertius eſt cõcaui eius ⁊ virge exĩtiſ vt vie ad exita: ſicut
vritidum de renibus ad veſicam. Egritudine igitur ad
uenĩete talibus mẽbris: ⁊ ꝓprie renibus vel veſice q̄ ſũt
principalia in actiõe neceſſariuꝫ eſt actum eorum ledi: ⁊
ꝑ ꝯñs actionẽ vrinãdi. Talis. n. leſio eſt multiplex ⁊ di
uerſa ⁊ diuerſa ſequũt᷑ ſinthõata ſm diuerſitatẽ mẽbroꝝ
ſuorum ⁊ nocumẽtoꝝ actuũ eorũdem. Nam ſi qdẽ no
citus ſit actus renũ attrahẽdi ⁊ ſequeſtrãdi: tunc aut erit
debilitatus: ⁊ diminutus: vt paꝝ attrahẽt ⁊ ſequeſtrent
ex quo in actiõe vrinãdi prouenit nocumẽtum qð dicit᷑
vrine paucitas: ⁊ ſequitur cacefia. Aut erit ablat⁹ vt ni-
hil atrahatur vel aliquid de quo nõ ſit curãdum: ⁊ accit
vrine ſtillatio ſeu priuatio: ⁊ q̄ñq; ydropiſis de qbus ſu
prius dictũ eſt. Aut erit ſupfluens q: ſupflue trahant: ex
quo accidit diabetes q̄ multitudo ſeu lienteria eſt vrie: ⁊
ſeqtur ex ea corporis deſiccatio. Aut erit corrupt⁹ ⁊ tũc
duplr: aut q: corruptionẽ trahat: ⁊ tunc accidit fetor vri
ne: aut q: corrupte trahit: ⁊ tũc accidit in renibus tremõ
⁊ ſeqtur tarda mictura. Sꝫ ſi in veſica: ⁊ eius collo noci
u⁹ eſt actus colligẽdi ⁊ retinẽdi: aut erit ablatus: ⁊ tunc
fit incõtinẽtia vrine ⁊ volũtarius exitus ⁊ mictus in le-
cto vel diſſuria q̄ vrine diaria dr̄: in q̄ G. dixit ablatio
nem actiõis eſſe alis: q: lacerti colli veſice q̄ eſt ipſi⁹ vir-
tutis organum. In ſtrãguria vero ablatiõem nãlis nõ
aialis: naꝫ in eo lacertus iſte ſuã actionem agit ſꝫ veſice
cõcauũ nõ valet cõprimi qð naturalis virtutis eſt iſtru-
mẽtum: colligit. n. veſica ⁊ retinet dilatatio eius cõcauo
⁊ oppilatio collo eius ꝑ cõtractionem lacerti exĩtis ĩ eo
quo laſſato vt apiatur eius collũ ⁊ cõcauo eius circũtra
cto ⁊ vrina ex eo egreditur nãlr: ⁊ q̄ñq; non circũtracto
egreditur etiã ⁊ accidit mictus in loco: aut erit diminu-
tus: ⁊ tũc erit diſtilatio vrine. ⁊ paucitas ẽt eius ſeqtur.
Aut corrupte fiet ⁊ male: q: cũ dolore ⁊ ardore: ⁊ tũc ac-
cidit trãguria ꝓprie que ẽ vrine retẽtio: ⁊ ſtrãgulatõ ex
quo ſeqtur dolor in pectine iſlatio ⁊ cito mors ⁊ frequẽ
ter. Si vero ſit actus nocitus in cõcauo veſice que eſt cõ
preſſiuus lateruꝫ eius vndiq; vt expellatur vrina: ⁊ tũc
accidit difficultas vrie: ⁊ ſeqtur vrine retentio. Sic ita-
q; determiatis nocumẽtis que in actiõe vrinãdi poſſũt
cõtingere de vno quoq; dei iplorato auxilio ẽ dicẽdum.
Si ergo debilitas renũ ⁊ veſice ⁊ eaꝝ defectio in actõne
vrinãdi ⁊ cauſa imediata eius: aut ẽ ꝓpria: ⁊ eſt aut ipri-
mens in corpore ipſoꝝ mẽbrorum: vt eſt alq̄ egritudinũ
p̄dictarum de qbus ſufficiẽter eſt dictũ aut mala ipſorũ
ꝯplo diuerſa vel eq̄lis de qua nũc dicẽdum: ⁊ eſt pluri-
mum in rẽibus caľa in veſica: ⁊ in alijs frigida. Singul
tum. n: mẽbroꝝ ſm G. opatur per qualitatiuã eius cara
ſim que ex q̄tuor eſt qualitatib⁹ ꝯ̄ditu. ſ. eucrata fuerit cer
te ꝓut mẽbri illius actio expetit. Cum ṽo fuerit diſcra
ta ⁊ eq̄ neccium ẽ ipſam ledi. effic̄. n. ſm G. in virtutis
eſſentia ⁊ in ſubſtãtia ipſius q̄ in actiõe penetrabilis exi-
ſtit cuiuſcũq; ꝯ̄nis fuerit: maxime frigida diuerſa vel eq̄
lis ex ea. n. non tãtum debilitatis vl' diminutio accidit ſe
cundum diuerſitatem eius in ſpẽ vel in gradu quelꝫ alia
ꝓducit in actione vrinãdi leſio ⁊ ſequũtur ſinthomata ſu
pradicta. Nam ſi quidẽ in rẽibus fuerit ꝯplo mala: ⁊ fri
gida valde excedẽs attrahendi: ⁊ ſequeſtrãdi auſertur ip
ſorum actio: ex quo accidit vrine retẽtio: aut nõ erit val-
de excedens: ⁊ tunc accidit debilitas eius ⁊ miorabitur:
⁊ ſequitur paucitas vrine. Aut erit calida valde excedẽs
⁊ tũc ſupflue trahẽt: ⁊ accit dyabetes: ⁊ ſeq̄t corporis exic
catio. Aut erit ſicca ⁊ eos extẽuabit ⁊ debilitabit aut val-
de hũida ſimplex vel caliditati parũ admixta q̄ ſubſtãti
aꝫ renum mollificẽt: ⁊ eoruꝫ meatus dilatet ⁊ apiat: ⁊ ac
cidit debilitas renuꝫ deterior quã ſit. Si etiam ſit in veſi
ca ⁊ collo eius complexio mala ⁊ diſcrata hũida cum ca
liditate ⁊ frigiditate magis que mollificẽt lacertuꝫ circũ
uolutum in eo: vt nullo mõ poſſit cõtrahi ⁊ collum eius
cõſtringere: ⁊ tunc accidit inuolũtarie vrine exitus ⁊ diſ
ſuria: ⁊ ſeqtur multitudo vrine ⁊ mictus in lecto. Si ve
ro non ſit valde excedẽs vt parum mollificet ⁊ nõ cõſtri
git perfecte: ⁊ tũc accidit diſtillatio vrine: ⁊ ſequit᷑ pauci-
tas eius. Aut erit multum hũida cuꝫ pauca caliditate: q̄
texturam villorum veſice rarificat: ⁊ relaxat debilitatem
in eis feram ⁊ peſſimam ꝯ̄nabit. Aut erit ſicca cũ calidi-
tate: vt vrinam acuat: ⁊ tũc accidit ardor vrine: ⁊ ſeqtur
reſolutio: ⁊ debilitas. Aut ſicca cũ frigiditate: ⁊ tũc acci-
dit ſtrãguiria: ⁊ ſequit᷑ dolor in pectine: ⁊ iſlatio ⁊ mors
q̄ñq;. Si ẽt ſit in veſice cõcauitate mala complexio ⁊ diſ
craſia frigida ⁊ humida q̄ prohibeat cõſtrictiõeꝫ ipſoruꝫ
laterum vndiq; vt vrina nõ queat exprimi accit difficul
tas vrie. Etiã ſi fuerit ſicca vel hũida in collo eius q̄ ſpaſ
met lacertum: ⁊ teneat circumtractum. Sicq; expeditis
egritudinibus variatis ſm plus ⁊ minus: maior ⁊ mior
accidit in p̄dictis mẽbris debilitas ex q̄ diuerſa poſſit in
actiõe vrinãdi ꝓuenire nocumẽta. Aut erit cadẽs ſupra
ſubſtãtiam ſpũs: vt q: ſit euacuans ipſũ vt ẽ euãtio mlta
hũoꝝ: ⁊ ꝓprie ſanguis ex eis vl' coit⁹ mlt⁹: vel reſoluẽs
ipſuꝫ vt mala cõplexio eiuſ caľa. Aut ſuffocãs: vt multa
repletio ex hũoribus lapide ſanie vel vria. Aut extiguẽſ
vt narcoticorũ approxiatio. Aut cadens ſupra ṽtuteꝫ vt
multus labor reiteratus ipoꝝ mẽbroꝝ ⁊ ꝓprie renũ: vt
in lõga ſtatiõe in pedibus ⁊ ãbulatiõe mlta ⁊ eqtatio ſu
bita ſine cõſuetudie ⁊ itermiſſiõe dolore ⁊ ꝑcuſſiõe ⁊ ve
ſica mlta vrie retẽtiõe ardore: ⁊ dolore: q̄ in ſpũm reſol-
uẽdo debilitãt ṽtutẽ: ⁊ accit mẽbris p̄dcis debilitas ſm
pl⁹ ⁊ minus ex quo eoꝝ actõ dimuit᷑ vl' aufert᷑ i explſione
vrie. Et q̄ñq; cã debilitatis ipoꝝ ẽ ex cõitate ad ſupiora
mẽbra nobilitat. ſ. ep cor ⁊ cerebrũ: cũ. n. hec patiũtur p̄-
dicta debilitãt᷑ mẽbra ex quo nocumẽtũ ꝓducit in actiõe ip
ſoꝝ p̄dicta ⁊ diuerſa vt dicẽm ẽ accñtia iſequẽtur. Et cãe
ipaꝝ egritudiuꝫ ſigna ⁊ cura ſupius dcẽ ſunt. ¶ Cã
ṽo male cõplonis ipoꝝ ſimplicis ⁊ cõmixte pure vel im
pure diuerſe vl' eq̄lis q̄ in debilitãdo eſt peſſima ſeu pl-
rima duplex eſt interior ⁊ exterior: ⁊ vtraq; ex dictis in
lapide ⁊ vlcere ⁊ i mala ꝯplone cpis ẽ mãiſe. ⁊ ſig̃ eiuſ ẽt
lꝫ loco ⁊ ꝓpeta. actiõis leſe ⁊ excũtiũ quorũdã ab eis ſint
dr̄aꝫ ꝑ te: ſꝫ ꝯſidera ⁊ appropa iſta rẽibus prout oportet.

Signa vero debilitatis ipſius ſcilicet renis ſūt vrīe pau
citas: ⁊ in ſubſtātia ⁊ colore ſicut lotura carnis: ⁊ quādo
qꝫ reſidet cum ſunt vene ſalue: ⁊ qñqꝫ remanet ſicut mi
gitur nec reſidet cum nō ſunt ſane. Et extēuatio renum
lꝫ nō ſit manifeſta debilitas in ſtādo ⁊ in potētia tolerā
di anhelitum defect⁹ in coitu debilitas viſus ⁊ dolor ca
pitis. Sed veſice debilitatis ſigna ſūt defectus in cōtinē
do vel expellēdo vrinam grauitas in pectine: ⁊ pitone
none ⁊ ſenſus acuitatis: ⁊ ardoris lenitas: ⁊ aſpitas in lo
co: ⁊ apud emiſſionem vrine maxie: ⁊ vrina erit ſpiſſa ⁊
turbida ꝓter illud quod deſcendit cū ea quod nō dige
ritur nec conuertit̄ ⁊ nō expellitur: niſi adiuncta cōpreſ
ſione: ⁊ hec de iſtis ſignis. ¶ Cura male cōplexiōis tali
um mēbrorum ſi pura eſt ſimplex vel cōixta ⁊ diuerſa fa
cile curatur lꝫ difficilius cognoſcatur: ſi vero qual: ⁊ fi
xa difficilius curatur lꝫ facilius cognoſcatur quēadmo
dū in alijs mēbris exiſtēs vt G. dicit. Et eius ſanatio
eſt tres res. Prima eſt remotio exterioris cauſe. Secū
da alteratio. Tertia ipoꝝ cōfortatō. Si vero ī pura fue
rit: ⁊ cum mā cōmixta eius ſanatio eſt tres res: prima eſt
materie eūatio: ſecūda alteratio diſcraſie ſi remāſerit im
preſſa: tertia ipſoꝝ confortatio. Euacuatio cōpletur cū
flebothomijs ꝑnumeratis vel medicinis ſolutiuis pro
ut mā exigit: ⁊ ſumpus: ⁊ cliſterizatis: ⁊ vōitibus: ⁊ dia
foreticis exterius approxiatis p ocm modum: ꝓut in cu
ra oppilationis coꝝ diximus. Alteratio cōpletur cū admi
niſtratiōe diureticorum calidorū vel frigidoꝝ ⁊ exiccā
tium: ⁊ hūectantium: ꝓut diſcraſia expetit: que oia in cu
ra oppilatiōis ex lapide vel hūore. ⁊ vlcerum ſūt nume
rata. Confortatio vero cōpletur cum cibis ⁊ medicinis
cibis facilis digeſtiōis boni nutrimēti: ⁊ diſcraſie cōtra
rijs. Et a ꝓprietate cōuenientes ſunt renes aīalium: ⁊ ꝓ
prie edorū: ⁊ porcorum: ⁊ veſica dōnule exiccata: ⁊ car
nes cerui terreni ſalite cum oximellis: ficus hūide ⁊ ſic
ce: ſꝫ nocēt eis vlceratis: ⁊ zucharum albuſar: ⁊ lac cāela
rum: ⁊ ouium. Et ex potibus vinum odoriferum pauce
ſtipticitatis puri vel mixti: ꝓut ſtōacus: ⁊ diſcraſia requi
rit ⁊ in hu. valde mollificāte: ⁊ relaxante vinum paſſū.
Et ex medicinis ſimplicibus: ⁊ cōmixtis interius: ⁊ exte
rius approximatis: ⁊ p ocm modum ⁊c. Et ex appropa
tis ſimplicibus ſūt grana ſiſeleos ſūpta in quātitate duo
rum almuliſech cum rob diebus cipum bolum armenū
ſꝫ cū lacte ouino oꝫ vt ſumatur. Et ex eis ſunt que dicta
ſunt ſupra in cura lapidis. Et ex cōpoſitis ſūt trociſci al
kekengi: ⁊ oleum de cherua roſatum: ⁊ maſtice citōio: ⁊
alchāna. Et ex mūdificātibus eos ſunt theodoricū mi
tridatum anacardictū yera Abo. ⁊ oleum de ambra ad
frigus eorum ad mollificationē coꝝ yera. Galie. triſera
de ſcoria ferri: ⁊ alie triſere.

¶ Capitulum nonū de diminutione ſeu paucitate vri
ne ablatiōe ⁊ priuatōe ipſius.

Diminutio vrine vel paucitas ſeu priuatō ei⁹
ex predictis ſunt note ⁊ in ſpē eaꝝ ꝯueniunt
⁊ differunt quāto eorum quēadmodum: ⁊
ipſe. Eſt. n. cā eius aut ex pte cibi: ⁊ potus vt
materie aut ex parte corporis vt efficiens aut ex parte ex
trinſecus aduenientium vt coopantium ex parte cibi:
quia ſit naturaliter cib⁹ corporis humiditates exiccatas
vt eſt panis milēaceus vel panicij: ⁊ furfuraceus ſorbi
tio ex orobo: ⁊ lenticula: ⁊ fructus pontici nati ex ſe cor
poris hūiditates exiccātis vel accidētaliter: vel carnes ſa
lite: vel alij cibi multū ſal hūtes: panis biſcoctus vel tē
poraliter vt antiquus ⁊ opimus. Ex parte pot⁹ qꝛ ſit pa
cus: ⁊ groſſe aque vel vini ſimiliter ⁊ aliorum ſimilium.
Ex corporis totius dui membrorū operātium vrina:
Ex parte corporis totius: qꝛ ſit rarum reſolubile vel mul
ti ſudoris vel lubricum: ⁊ fluxibile ventris: ad quā hū
ditas corporis tēdēs: ⁊ fluēs p eum in vijs vrine denua
tur vnde hip. vrina multa noctu facta modicū ſeceſſū
ſignificat: ⁊ ecōuerſo: vel qꝛ ſit multi vomitus q eradicā
do a ſuperioribus: ⁊ ab inferioribus retrahēdo: vt Ab.
dixit: diminuere pōt vrinam vel qꝛ aliā ſimilem euacua
tionem manifeſtā patiatur fluxus ſanguinis nariū: ⁊ ſi
milia. Ex parte mēbrorum opātium in vrina aut p mo
dum generatiōis: vt epatis debilis nō ipellētis ad renes
aquoſitatem q̄ gñauit: vnde remāet in venis cū ſangui
ne nec tranſit in vrinam aut p modū tractionis: ⁊ ſeque
ſtrationis vt renum debilitatorū: vt in ꝑcedēti ca. dictū
eſt. Aut ex pte deferētiū ⁊ colligentiū vt vritidū vl' ve
ſice qꝛ ſint opilati vel vlcerati: ⁊ perforati: quare vrina lꝫ
ꝑ⁹ trahat tñ ad cōporis vacuū tēdit nō extra vadit. Ex p
te aūt extriſecus accñtiū puta aeris qꝛ tpſ aeris ꝯſtitutio
fuerit ſicca ī aquoſa vel boreal: q̄ corpis hūiditates ⁊ ſu
pfluitates exiccat: lꝫ p accñs ſcilꝫ ſtringēdo vētrē vrinā
ꝓuocet ⁊ multiplicet vt hip. dixit vel motus reſoluendo
exiccās vt maritio fames: ⁊ abſtinētia q̄ exiccāt p accñs
ſm G. ⁊ vigilie q̄ ſunt vehemēter motui ſiles: vt Ab.
dixit. Et euaporāte: vt Ga. ait: ⁊ minime accidentia im
moderata q̄ corp⁹ exiccāt G. itegre deſcripſit p oēs ſi d
biles ſint minorāt vrinā ⁊ cam paucā reddūt ſi vero for
tes aufert eā ⁊ puāt. Sigū earū ſunt talia: nā ſi quidē ꝑ
ceſſerūt a cibo ⁊ potu ſūt māifeſta ex coꝝ aſſumptione
ꝑmiſſa: ſi vero a cā in corpore toto quā ſit rarꝫ ⁊ reſolu
bile duobus declarabit̄ ſignis potiſſime. ſ. ſigno rarita
tis qđ eſt piloſitas corporis ſicut hip. docuit cū dixit cu
tem rarā declarat pilus: ⁊ ſigno reſolutiōis: ⁊ ē duplex
vnū qđ Ga. poſuit ⁊ eſt qꝛ in mlta ſumptiōe cibi cū ꝑ
natione euationis ſenſibilis: ⁊ egeſtiōis paucitate corp⁹
nō ipinguat̄ ſꝫ remāet extenuatū. Aliud eſt qꝛ in labo
ribus nō ſubſiſtit ſꝫ cito deficit. Si vero qꝛ ſit fluxibile
vel alias ſenſibiles euationes hūerit ꝑceſſio iſtarū: ⁊ re
liq̄ ipſarū remanētes oñdunt: ſicut G. dixit. Signa de
bilitatis eius in ſuo loco dicta ꝓpēdēs caceſiā vel etiā ap
clitē. Silr ſi ex renū debilitate ſigna debilitatis coꝝ in ꝑ
cedēti ca. dicta videt̄ur. Silr quoqꝫ ſi ex pte deferētium
vritidū: ⁊ veſice vel ēt virge qꝛ oppilētur ex ſignis dic
oppilatiōis ex hūore vel lapide cognoſcere potes: ⁊ ſtrā
guria: ⁊ ēt ſpaſmi: ac etiā ex ſignis dictis in ca. ſolutionis
vel vlcerum ſi ſoluti fuerint vl' vlcerati quo ventris in
flatio ex aquoſitate replēte cōfirmat: ⁊ ardor vrie. Cura
diminutiōis vrine: ⁊ ablatiōis eius tres res: prima ē re
giminis ꝑmutatio: ſa eſt euōnis retētio: tertia vrinaliū
mēbroꝝ rectificatio ⁊ cōfortatio. Permutatio regimi
nis eſt vt alteret̄ ⁊ ꝑmutet̄ ſm quātū: ⁊ q̄le de exiccati
uo qđ eius erat cā ad humectādum in cibo ⁊ potu: ⁊ in
alijs rebus nō naturalibus: de q̄ ſupra in cura meri ⁊ ſto
maco diximus: ⁊ ēt impignatiuū de quo deo dāte dicem⁹
īfra. hoc. n. regimē primā cām vt mā erat abſcindit: ⁊ ēt
tertiam extriſecus ſubaufert alterat ⁊ emēdat. Secūda
eſt euacuationis retētio occulte: ⁊ manifeſte: occulte ⁊ in

ſenſibil' retentio ꝯpletur cum cibis ⁊ potibus humores
iſpiſſantibus ⁊ cum medicinis condēpſantibus poros:
de quibus ſupra i ſincopis cura diximꝰ: ⁊ hoc ſupra i cu
ra doloris ⁊ fluxus. Si ṽo ſenſibil' fuerit ⁊ per ſudorem
cū retinētibꝰ ipſ de qbꝰ ibidē diximꝰ. Si ṽo lubricitaſ
vētris fuerit naturalis q: humiditas: ⁊ molicies expulſi
one ſupfluitatū naturaliū ꝯſuetaꝝ cū ſtipticis cib' l' poti
bus prēmiſſis notis ē corrigat̃. Et cū fricatōibꝰ balneis
⁊ alijs diuertentibus ad epar venas ⁊ hūiditates ⁊ tra
hentibus ad mēbra vrine: ⁊ vt ſunt diuretica. Si ṽo fuerit
lubricitas pret̃ naturā medicet̃ prout de ea ſupiꝰ dcēē i
cura fluxu ventris. Similiter ⁊ ſi multus vomitus adſit
necnon: ⁊ ſi fluxus ſanguinis nariū curet̃ put ē i ppis
diximꝰ locis. Et de alijs euōibꝰ ſimilit̃ quoqꝫ itelligat̃
Tertia eſt membrorum rectificatio ⁊ ꝯfortatio ⁊ epatiſ
prout ſupra in cura debilitatis epatis eſt dictum l' renum
ſicut in pcedenti caplo hūiſti: vel etiam vritidum ⁊ veſi
ce ⁊ cum diureticis: vt ibidē eſt dictū: que oīa i fortitudi
ne ⁊ debilitate diuerſa eligenda ſunt: prout diminutio
vrine ⁊ eius ablatio ⁊ earum ⁊ cauſa variatur i quanto.

¶ Capitulum decimum de diabete.

Jabetes ſm Galienū eſt ppa paſſio renū rāo
contingens: inq̄ potus citius trahitur quam oꝫ
ad eos ſicut cibꝰ i appetitu canino ⁊ cito egredi
tur cum vrina ſicut cibus ⁊ potus in lienteria cū egeſti
one. Et cā eius eſt ſupfluitas. pmo deſideratiue ꝯo con
tentiue ipſoꝝ defectus niſi .n. foret ſuperfluitas deſidera
tiue ipſoꝝ nō ſic velociter traheret̃ niſi quoqꝫ deficeret ꝯ
tentiua ipſoꝝ nō ſic cito egrederet̃. Superfluitatis deſi
deratiue ipſoꝝ ⁊ attractiue virtutis cā eſt ipſoꝝ caliditas
vehemēs cū materia pura l' magis ſūt vltra debitū, i cōti
nua tractōe ⁊ fortia venis emulgentibus: ⁊ de eis ad ep
extendit̃: ⁊ de epate ad ſtomacuꝫ ⁊ ad oīa membra vnde
humiditaꝫ ipſorum irrorās ea attrahitur ⁊ excitatur: ⁊ ſe
quitur ſitis vehemēs que potu nō ſedatur: q: in ea nō re
manet quare ſiticuloſa ab aliquibꝰ appellatur. Defectō
ꝯtentiue nō eſt in eis principalis pp ꝯplexionis maliciaꝫ
cal'e: que ē cā ſupfluitatis tractiue qua nō deficit ꝯtentiua
ſed fridite ppie ⁊ humiditate. Sed plurimū accn̄talif
ſm. G. ⁊ ꝯn̄s ſuperfluitati attractiue: cū .n. ſuperfluit eo
rum accn̄tia vrine plus trahit̃ q̄ȝ renes aliquādiu ꝯtiner̃
poſſint ⁊ ipſa veſica: quare deficiente ꝯtentiua ipſoruꝫ ci
to profluit inalteratꝰ per vritides ad veſicam ⁊ inualeſcē
te expulſatiua eius egredit̃ cū vrina ſic̄ in lienteria cibꝰ ⁊
potus cū egōe. Et aliā eſt principalis: ⁊ eēntialis in ea vt
dicit Abo. pp malāꝫ ꝯplexionis pure frē vl' impure ab i
tra vel exterius veniētis quā ſequit̃ ſuperfluitas attracti
ue ipſoꝝ nō eēntial'r pp ꝯtrarietatē ꝯplexionis in cāndo
ſꝫ accn̄tal'r ⁊ ex ꝯn̄ti. cū enim in renibus vrina non figit̃
tracta nāl'r renes ex ſanguine cū aquoſitate veniente nu
triri nō pn̄t quare remanentes ianiti auidiuſ trahūt: ⁊ ex
tūc magis ꝯtentiua eoꝝ deficit: ⁊ quāto plus deficit ma
gis trahūt ſic̄ eſt deuenire ad circuitōem quēadmodum
in lienteria ē videre. ¶ Cauſa ṽo ipſiꝰ caliditatis renū eſt
duplex. ſ. iterior ⁊ exterior: vt in lapide eſt dcm: ⁊ ſil'r fri
giditatis cās p ꝯtrariū ꝯphēdas. ¶ Signa. ſiqdē ſi ex ca
liditate faciēte ſupfluere attractiuū ſenſus erit: ⁊ inunctō
caliditatis in lumbis ⁊ vrīa multa ⁊ i pncipio ſic̄ lotura car
nis recētis ſm G. minus tn̄ tincta ⁊ rubea q̄ȝ ſi pcedat ex
defectione diſcretiue epatis ppie cū amplitudo meatuū
emulgentis vene in ea inuenta fuerit: ⁊ ſanguinis abun
dantia in venis: q̄ quāto maiora ſunt tanto plus ſanguiſ
cū aquoſitate tranſibit ad renes. Unde vrina ex defectio
ne contentiue virtutis ſupfluens plus rubebit pcedente
vero tpe diminuto ſanguine ex venis: ⁊ pinde reſtrictis
membrorum meatibus ⁊ exiccatis vrīa egredit̃ i q̄litate
ſeu colore potꝰ: q: aq̄ ſubtil' ⁊ alba. ſi aq̄ ſola bibat̃ q̄ ma
gis deſiderat̃: vel ſic̄ alius potꝰ vl' vini ſimplicis vl' cocti
vl' aq̄ ꝯmixte vl' ēt ſirupus. Et forte erit alba ⁊ ſpiſſa pp
humiditatem mēbrorū vltimo extractiōe vn̄ vrīa reddit̃
ſic̄ lac ⁊ proinde mēbroruꝫ conſumptio ſequitur ⁊ mors
plurimū. Si ṽo ex frigiditate faciente deficer̃ ꝯtētiuam
cauſetur ſenſus ⁊ inuentio frigoris erit in lumbis: ⁊ vri
na erit i pncipio nō mulitudis magne ſed cōſuete: deide
multiplicatur: ⁊ erit ſicut lotura carnis minus tamē tin
cta quā in precedenti in qua fortitudo attractiue pceſſi. i
pceſſu vero tpis ſociata fortitudine attractiue mutabitur
ſicut pma. ¶ Cura dyabetis i gn̄ali ⁊ ſpāli eſt q̄ttuor: res
pma eſt oīs cāe oblatio ⁊ exterius pueniētis ⁊ interiꝰ ex
iſtentis. Interius vt ſiqdē ex caliditate renū pceſſerit ſi
et ſubtractō ſubtiliū ⁊ calidoꝝ ciboꝝ ⁊ potuū ⁊ diurecti
coꝝ cal'oꝝ: ⁊ taliū puenientiū. Exterius vt labor corpis
⁊ ppie renū ſtricture lūboꝝ: balneatio in cal'a aq̄ actu l'
potentia mora in ſole. de cubitu ſup renes ⁊ ſomnus p
fundus: ⁊ vnctiones calide ⁊ empl'orum ⁊ aliorum taliū
que renes habeant calefacere epar humores ⁊ membra ⁊
antecedentis ſiue ſit humoralis cum flebotomia ſi fuerit
ſanguis cum cliſterij farmatia appropata leui. Si auteꝫ
humor calidus ſit. i. vomitu qui in euacuando eſt potiſ
ſimꝰ: quoniam euacuat deriuādo ab eis ſiue ſit ꝯplexio
nalis quia opl'o ſit in eis cum aperitiuis ſupius notiſ nec
non ⁊ cauſe ꝯiuncte que ē renū diſcraſia calida. Alteret̃
ḡ ſicut enim talis diſcraſia egritudo vlteriꝰ augmentata
quā talis ſeqtur paſſio: vt ſupius dictū eſt: ⁊ ea median
te orta alia ꝯcomitantur ſinthomatata: vt ſitis ⁊ conſum
ptio corporis: de quorum correctione infra dicet̃. ¶ Inqt
enim Galie. Palam ē morbū eē cām omniū accidētiū
accn̄tia tn̄ alia ſequūt̃: ſm .n. ſequit̃ pmū ⁊ tertiū ſm. Cō
plebit̃ ṽo eiꝰ alteratio cū fris q̄ nō tm̄ illā alterēt: ſꝫ etiaꝫ
epatis ⁊ membrorum ꝯpl'onem ꝯtemperent ⁊ humores
adequent epar enim: ⁊ corporis mēbra ſi calida ſint coꝝ
caliditate vſque ad renes extenſa eorum diſcraſiam intē
dunt humores acutos etiam gignunt qui vrinam acuūt
vt ipſa tranſeundo ad renes eorum caliditatem inflam
met ſi ergo debent eſſe talia frigida vehementer ⁊ illa pro
pe que non puocent nec iſtis admixta ſꝫ lenientia q̄ ſol
uendo nō puocent ſed minorēt vrinam qualia ſunt. Ex
oleribus: lactucaꝫ: ſpinachia atriplices ⁊ ſimilia. ⁊ ex fru
ctibus iuiube: ſeueſten: pruna: criſomilia: perſica cucume
res citruli: ⁊ melones: cucurbite: ⁊ proprie carnes ipſaꝝ
non ſeia: quia aquoſitatem ⁊ vrinam multiplicant: ⁊ fru
ctus more mature ⁊ granata acetoſa ⁊ muza: ⁊ ex aquis
aqua vehemētis frigoriſ: ⁊ aqua cucurbite: ⁊ aqua ordei
cum decoctōe iuiubaꝝ: ⁊ lac acetoſum a quo extractum
eſt butiꝝ ⁊ meluis eſt ex eo qđ ē ſpiſſius ⁊ groſſiꝰ ⁊ ociū
⁊ aqua lacī bouini ſubſtracto butiro. Et ex medicis ſim
plicibus eſt ad hanc intentonem mucilago pſilij ⁊ ſuccuſ
roſarum ⁊ malorum. Et ex appropriatis in prohibendo
vrinam eſt merdaſengi bibitum ⁊ ſcoria ferri eſt optima
vl' proiectum in aqua eris qđ minorat: ⁊ alia que i cura

multitudinis eius dicentur. Et exterius approximandū
ē ſedeꝛ in ſcicupro aq̄ ſrā pleno ⁊ rīnes epar vngeꝛ: epiti
mare ⁊ emplare ex frīs dcis ⁊ ſucis ⁊ eorum oleis ⁊ ꝓpe
de oleo alkekengi ⁊ ſcorpionibus de cucurbita ꝯ ſemine
melonis ſi dilatatio ductuum non exiſtat ⁊ in ea donec
coꝛuꝫ caliditas extinguatur ⁊ ſitis. Et ex medicis com-
poſitis ſunt trociſci de camphora de ſpodio de balauſtie
cum aqua cucurbite vel mucilagine pſilij vel draganti ꝟ
citroli pruꝛoꝛuꝫ ⁊ ſeneſten vt leniant ñ cōſtipent plurimū
eni cū ꝯſtipatōe vētris ſūt tales. Et exteriꝰ approxianda
ſūt ea i qbꝰ cū īfrigidatōe ē ſtipticitaſ q̄ ductuū dilatatiōꝫ
⁊ ēplaſtationē coaguſtēt: ⁊ retētiuam renū cōfoꝛtent ſicut
emplm de ipoqſtidos de capolis vitis: virga pa. ⁊ bala-
uſtie: ſeminis papaueris albi: lactucarū: ſcariolarū portu
lacarū ⁊ ſpodio ribes cū aqua agreſte vel mirte ⁊ ſimiliū
Et ſicut cerotū noſtrū S. ⁊ oleū de citonijs de zaruꝛ de
balauſtijs ⁊ ſilia. Sed ſi ex frigiditate rerum ꝯtingat paſ
ſio talis q̄ ꝓ tāto nō euacuaꝛ a ſiti: ⁊ mēbroꝝ ꝯſumptiōe
lꝫ ſit minoꝛ quēadmodū paſſio minoꝛ ē cura eius in eiſdē
rebus ꝯſiſtit ⁊ ꝯplebiꝛ cū p̄dictis ecōtrario ſūptis: ⁊ q̄ re
nes ⁊ totū corpus calefacere hēant nō infrare. Et ex cale
facientibꝰ ꝯuenictibus illi ē fricatio extremitatū ⁊ totius
coꝛpoꝛis cū rubificantibus motus ventoſatio ⁊ balneū: ⁊
ſumptō antidoti calidi qꝫ groſſe ſubſtātie ſit vt non cito
penetret ⁊ ſicut ſirupꝰ ⁊ alia liqda q̄le eſt dyacalamentuꝫ
dyarion tiriaca antiq̄ ⁊ mitridatū ⁊ vina groſſa vel ſtipti
ca: vt calefabrēſia. Sicq; ḡ cauſis ablatis ⁊ abſciſis care-
bit paſſio talis. ſ. velox exitus potus. Secunda res vrine
diminutio ⁊ retardatio: ⁊ ex his q̄ maxie ꝯtinēt ipſā ac retā
dāt ab exitu ⁊ minuūt vrinā eſt vt nō tm̄ poſt ipſa trahē
tia deriuātia miſtreꝛ q̄lia ſūt que p̄miſſa fuerūt: ſed ēt q̄
cū retentōe ⁊ deriuatiōe euacuāt ipſam vt eſt vomitus p̄
dictus ⁊ ſudoꝛis ꝓuocatio cū frigidis appropꝛiatis in cā
calida vt aq̄ oꝛdei ⁊ melonis. Indiget vnctiōe cutis coꝛ
poꝛis: ⁊ ꝓpꝛie ſpine cū tempatis vt oleo camomillino a-
netino vel vīo albo cū aq̄ calida. Et in frā cuꝫ calidis vt
eſt potꝰ calide aque: ⁊ ꝓpꝛie apij aniſi calamēti vel pire-
tri ⁊ vnctiōe coꝛpoꝛis cuius: ⁊ ꝓpꝛie ſpine cū aſaro ⁊ oleo
de ſpica vel ciclamine cū melle. Tertia res eſt regimē: ⁊
eſt ꝯſeruatio coꝛpoꝛis in aere frigido ſtiptico cū quiete ⁊
ſomno tempato ⁊ cibis frigidis ⁊ groſſis plurimis diffi-
cilis inflamatiōis ꝯuerſionis in colerā ⁊ aduſtionē ḡnan
tibus hūoꝛes groſſos ⁊ ſpiſſos q̄les ſūt ſoꝛbitiōes de kiſt
oꝛdei ⁊ cādaruſio ſeu cōdro cū lacte acre vel lentiū vꝉ car
nis bouine ⁊ pedes ipſoꝝ ⁊ piſces recētes magni cū ace-
to: qm̄ ſitim mitigat: vētrem ſoluit: ⁊ ſic vrinaꝫ minuit: ⁊
lac ouiū coctū cū aq̄ donec ꝯſumaꝛ: ⁊ aliq̄ alia q̄ ſ in do-
loꝛe ſtomaci diximꝰ: qbus p̄mittenda ſūt lenictia ne groſ
ſicie ſua ꝯſtipent: vt pruna pſica: ⁊ prope dactyli pigues
⁊ paſſule q̄ lenicdo vrinā minoꝛāt: ⁊ poſtponēda ſūt ſtip
tica ſeu pōtica: q̄ ꝯprimendo leniāt vt fructus ſtiptici ſic
pira: ribes ⁊ citonia: nō p̄mittenda ne ꝯſtipando ꝓuocet
vrinā: ⁊ miſcenda ſūt vnctuoſa lubricū facicītia: vt pin-
guedines galline ⁊ poꝛci capꝛe ⁊ huius. ⁊ cū potibꝰ vini
acerbi cum multa frigide aque permixtione ſi aquam ſo
lam non tolleret: vel alicuius ex robub. ſtipticis vt grana
toꝛum ribes de citonijs vel macianis: ⁊ ſimilia cum cli-
ſteribus lenientibus feces: quas habent plurimum con-
ſtipatas ⁊ cum leticia anime ⁊ pꝛomiſſione ſalutis cuꝫ au-
xilio ſpiritus ōnipotentis dei qui ſolus ſanat langores.

Quarta res eſt accidentium ſequentium paſſionem
talem coꝛrectio vt ſitis ⁊ membꝛorum ꝯſūptio: q̄ multuꝫ
⁊ velocem vrine exitum huius paſſiones ſequūtur. Obui
andum ḡ pꝛimo ſiti cum potu conſueto maioꝛi pp illud
quod ex membꝛorū hūiditatibus conſumitur caliditate
⁊ ſiccitate trahente ⁊ cā calida ex aliqua pꝛedictaꝝ aq̄ꝝ:
⁊ ꝓpꝛie frigida pura quā deſiderat: que trāſire moꝛaꝛ vt
hipo. dixit vel p̄mixta cū aceto qꝺ radendo iteſtina natu
ram ſoluit: ⁊ cū aliquo ex rob ſtipticis quod ipſaꝫ retīꝫ
ne cito tranſeat ad vrinā. Obuiandum ēt eſt vlcerationi
ipſoꝛuꝫ membꝛoꝝ. ſ. renum epatis ſtomaci ⁊ reliquoꝛum
Et in cā frigida cū potibus vini puri groſſi ⁊ alijs calefa
cientibus mēbꝛa p̄dicta que ſunt nota. Membꝛoꝛuꝫ
autem ꝯſumptioni obuiamus: deinde cum cibis lauda-
bilis nutrimenti ⁊ facilis digeſtionis ⁊ potibus vini ru-
bei limphati competenter cum omni regie reſūptio ſicut
Galie. docet. Et ex hijs que ſunt laudabila: ⁊ experta
conferentia tali paſſioni alijs ſtantibus acidētibus eſt: vt
ſumat patiens ex aq̄ frigida i ea que ex caliditate eſt ⁊ in
ea que ex frigiditate eſt vinum mltū ⁊ poſthoꝛā euomat
vt ex quo extinxit membꝛorum inflantioneꝫ retrahaꝛ ad
ſtomacū: ⁊ educaꝛ vomitu ne tranſeat in vrinā aggregat
eni in ſe v̄tutē digerēdi ⁊ euacuandi cauſā calidam ſiqua
ſit ⁊ cāis extrinſecis reſiſtendi alterando diſcraſiam renū
epatis ⁊ membroꝝ ⁊ ꝯtemperandi humoꝛem nec nō mi
tigandi ſitim minuēdi vrine multitudinem: ⁊ ꝓhibendi
etiam diſſolutionē membꝛoꝝ. Aboali pꝛecepit trociſcos
ad dyabeten ex caliditate cum dilatione meatuū renum
⁊ vene emulgentis. Rec. ſpodij terre ſigillate cancroꝛuꝫ
fluuialium combuſtoꝛū añ partem. j. lactis vꝉ lace ꝑtem
tertiā ſeis papaueris: ⁊ ſeis lactuce añ: partē. i. ſ. ⁊ aggre-
gentur oīa cū mucilagine pſilij ⁊ infoꝛmenꝛ trociſci ⁊ do
ſis eoꝝ ſit ſicut videꝛ tibi. Cerotum ex īuentiōe nr̄a quo
vnguntꝛ renes ⁊ epar eiꝰ q dyabeticā paſſionē patiꝛ a ca-
liditate. ℞. vtriuſq; ſandali ſpodij. añ. ʒ. ij. ſeīuꝫ frigido-
rum añ. ʒ. i. cāphoꝛe. ʒ. i. lactis mulieris lactātis puellā. ʒ.
ij. ſucci ſempuiue ſucci ſolatri añ. ℥. i. aceti. ℥. i. olei decu
curbita ⁊ olei roſati qꝺ ſufficit: vnganꝛ ex eo p̄dc̄a mēbꝛa
cū inouatiōe ſepiſſima: ⁊ q̄nq; ſit ꝑ modū empli cū coꝛ
ſba ⁊ q̄nꝫ ꝑ modū infuſiōis ⁊ epithimatis: vt facilius pe
netrent ꝑ tantos lacertos ⁊ oſſa inter medios vſq; ad re-
nes. ⁊ ſic eſt finis huius capituli.

Capitulum ſecundum de fectoꝛe vrine.

Fetoꝛ vrine eſt mala qualitas ipſiꝰ mutata in
ſenſu odoꝛatus: ⁊ eſt vt oꝛdoꝛ eius ſit debito
hoꝛribiloꝛ que non eſt ad ipmeñ ſm. Ga. ſic
alia duo ſithomatū gña: vt cum ꝯuertat ad ſe
⁊ medicum cogat deſiſtere a cura diſpōis ⁊ cāe ſue ſic il-
la tanq̄ illā p̄cipuam ſanationē hn̄s ceſſāo ſimul cū facili
tatis diſpōe. Sed eſt potius aſſignanduꝫ ſignuꝫ exiſtens
diſpōis vel cauſa: quaꝫ oꝫ curare eo modo ſicut. Aboali
dixit cū inqt. Cumq; aūt vrina odoꝛem hꝫ fetidū: ⁊ ma
turatio in ea fuerit: erit ipſius cauſa ſcabies aut vlcera in
inſtrīs vrine que ſuis cognoſcunꝛ ſignis. ſ. doloꝛe percep
to in eis vt in aſſo. docuit hipo. q̄ ſi maturatio in ea nō ſu
erit: poſſibile eſt qꝫ ſit ex hoc ⁊ poſſibile eſt qꝫ ſit ex putre
factione in ſuperioꝛibus membꝛis cumq; hic in febꝛibus
fuerit acutis: ⁊ membꝛoꝛum vrine non fuerit ſignū ma-
lum. Cumq; vrina fetidi odoꝛis in ſanis perſeuerat ſi-
gnificat febꝛes q̄ ex putrefactione accidūt aut minoꝛatiōe

putrefactõis que in ipſis eſt retenta :⁊ hoc quidē demõ
ſtrabit ſi illico alleuiationem habuerit. Ex quibus colli-
gitur eius cā : ⁊ ſignum. Eſt enim cauſa a qua procedit
duplex: aut interior corpea: aut exterior incorporea. In-
terior eſt humor corruptus: aut putrefactus: aut in veni
vt accidit in febribus febre putrida: aut in membris corru-
ptis corruptione fetente: aut quia fit ex toto genere preter
nām vt in cadaueribus mortuorꝫ: aut non toto: ſed par
tim vt in apoſtematibus ⁊ vlceribus quod eſt plurimꝫ
in homine viuente ⁊ hoc aut in ſuperioribus membris vt
ſpūalibus vel in vlceribus pectoris ⁊ pulmonis aut nu-
tritiuis vt epatis vlceribus: aut in iferioribus vt in ipſis
vrine membris. Exterior: ⁊ incorporea eſt cibis ⁊ ſpara-
gus qui ſumptus ⁊ comeſtus facit fetere vrinaꝫ ⁊ ſimilia
vt attonalia. Et ſigna cārum ex predictis ſunt manifeſta
Et interior eſt maioris fetoris. ⁊ cura eius eſt due res
Prima eſt ablatio cauſe exterioris: ⁊ abſciſio interioris
que ex predictis ſupra ⁊ dicendis in cura febriuꝫ putrida
rum eſt manifeſta. Secunda eſt aromaticorum admini-
ſtratio que ex diureticis ſicut eſt ſpica galanga galia muſ
cata cinamomum ⁊ conſimilia ſcitur.

Capitulꝫ. xij. de diſſuria ⁊ inuoluntario exitu vrīe ⁊ diſtillatione.

Diſſurria ⁊ diſtillatio vrine eſt fluxus ſeu inuo
luntarius exitus vrine cuꝫ impotentia ꝯtinē
di ⁊ in hoc ꝯueniunt in genere. ſed differunt
in cura: ⁊ ēt mō. In cura quidē differūt: nō i
eiꝰ ſpē: ſꝫ in quāto vtriqꝫ. n. in mediata cā eſt defectio cō
tentiue virtutis in veſica q̄ in diſſurria maior eſt quaꝫ in
diſtillatione vrine. In diſſuria enim vt dictum eſt ab-
latio ꝯtentiue. Sed diminutio eius in diſtillatione licet
qn̄qꝫ poſſit eius cā eſſe debilitas expulſiue: vt in ſequen
ti capitulo patebit: ſed illud ē improprie ⁊ ex conſequen-
ter ex debilitate enim expulſiue prouenit difficultas vrinā
di quam ſequitur diſtillatio vt ſcꝫ eodem capitulo dice-
tur. Sed ex debilitate contentiue virtutis diſtillatio pro
prie ⁊ imediate procedit: vt ſupra capitulo gnāli dictum
eſt: ⁊ ſic ipſe nō differunt in ſpē cauſe ſed in quantitate tā
tum. In modo vero differunt: nā fluxꝰ vrine in diſſur-
ria eſt multꝰ ſubitus. In diſtillatiōe āt eſt paulatiuus: ⁊
paucus ad diſtillationis aq̄ modū. Et q: in cā ꝯueniunt
⁊ ſpē conuenient in ſignis ⁊ cura in quibus differunt ſo-
lū in quātū ꝓinde ſiml' ð eis vnuꝫ capitulū faciemus. Et
cauſa mediata qua contentiua dficit in veſica eſt: aut in
terior corporea: aut exterior incorporea. Interior ⁊
corporea aut eſt in membro ꝯtinente qō eſt collꝫ veſice
aut in ꝯtento cū lacerto eius: aut q: leſio fit in eo: q: defi
cit contentiua ipſius ⁊ tunc aut leſio in collo ⁊ eius lacer
to eſt principalis in ſe: q: fit mollificatus ex hūore currē-
te ad ipſum: vel eius ꝯpreſſus neruus ſicut in diſlocatōe
ſpōdiliū ꝯtingit: aut ꝑꝑ cōitatem ad ꝑncipaliū ſcꝫ cere-
brum vel nucham apoſtemata vel percuſſa ⁊ ſoluta: aut
vicina mēbra: aut ſcꝫ ꝯcauum ipſius: vt q: ſunt in conca-
uo eius vlcera: tūc enim aduenięte vrina ad ipſam ſentit
ardorē: ⁊ ſtringit: ⁊ ſic vrina exprimit ⁊ mollificato lacer
to colli propter obedientiā motiue cuius origanū ad ſen
ſibilem extra inuoluntarie fluit ſic ex vlceribus concaui
generaliter diſſuria ſeu diſtillatio quemadmodum ex
vlceribus colli ſtranguria procreatur vt infra patebit ſe-
quenti caplo cū ad matricem cuꝫ repleta eſt fetu magno
quaſi ꝯprimit veſicam vt expellat vrinā preter volūtateꝫ
⁊ faciat deficere ꝯtentiuam ſic in pregnantibꝰ ſepe ꝯtigit
⁊ vidimꝰ multas ꝯquerentes. Aut inteſtina ad repleta fe
cibus aut ad ipſa apoſtemata pectineꝫ ⁊ anum ⁊ alia mē-
bra adiacentia ipſi ⁊ ea ſili mō ꝯprimentes. Sed recte ꝯ
tenti in ipſo mēbro. ſ. veſica: vt vrine recte aut quantita-
tis ⁊ multitudinis eius ſicut ꝯtingebat in diabete in qua
te ſibi vt ſupra iteſtinis ⁊ ſtomacum dictum eſt. Cā vō
defectio contentiue veſice nō erat ex ſe: ſed ex multitudi
ne vrine propter fortitudinem attractiue renum: aut erit
qualitatis ⁊ acuitatis ipſius moleſtantis expulſiuā. ſicut
enim multa grauedo facit principaliter deficē ꝯtētiuā:
vn̄ ex ꝯn̄ti ſuperfluit expulſiua ſic acuta moleſtando ex
pulſiuam incitat: vt ex ꝯn̄ti faciat deficere ꝯtentiuā cedē
te ſibi vt ſupra iteſtinis ⁊ ſtomachum dictum eſt. Cā vō
exterior eſt vt frigidtas maxīe ⁊ humiditas exterius con
tingens membra vrine vt aer frigidus ⁊ balneatio i frgi
da aqua caſus ⁊ percuſſio ⁊ ſilia. que quidē cauſe ſi fortes
ſint diſſurriam gnābunt: ſi debiles diſtillationem vrine
quarū ſigna ex ꝑdictis ſunt nota: ⁊ etiaꝫ ſigna cāꝝ iterio
rum q̄ eſt alicꝰ eaꝝ ꝑceſſio vel inuentio cū aliaꝝ ꝑuatiōe
exterioris vero ſūt manifeſte. Cura eius ſūt due res.
Prima eſt abſciſio cāe interioris: ⁊ ablatio exterioris ſi
adſit. Secunda eſt mēbri ꝯfortatio. Cauſe iteriores de-
bilitatē i ꝯtentiua ipremētis cōplēt abſciſionē medicāina
vniuſcuiuſqꝫ cāꝝ ꝯuenientia: vt. ſ. ſi quideꝫ cā ſit mollificatio
nerui ⁊ lacerti: ⁊ ꝓpria ꝯplebunt illā medicie ſupiꝰ habi
te. Si vō ex cōitate diſlocationē ſpōdiliū ꝯplet ipſorum
reductio ſi poſſibilis ſit. Si ex cōitate ad principium cu-
ratio cauſe erit ablatō: ſimiliter ſi ex vicinorum: puta diſ
poſitione: qm̄ illorum rectificatio cauſe erit abſciſio que
oīa ex dictis ⁊ dicendis ſūt manifeſta. Si quoqꝫ ex mul
titudine vrine ſit cuꝫ medicinis diabetis ꝯplebitur cura
ipſius. Si etiam in acuitate conſiſtāt vrine medicie ardo
ris erunt explectiue. Et ex ꝓpriis eſt mucilago pſilij cuꝫ
camphora ſumpta ꝯtinue ſm iohannē ſerapionē. Abla-
tionē vō cauſe exterioris ꝯplent ſi adſit ipſarum mutatō
In cōtrariuꝫ aūt oꝫ vt ꝓcedāt curationē iterioris abſciſi
ōnis tamē illud ſint quo nō valet illiꝰ abſciſio fieri eo q
eius cā exiſtit efficiens ⁊ ꝯſeruans. Et ſi qdeꝫ remanſerit
impreſſio: quia mala cōplō cū tinis ⁊ ex calidis vnctōibꝰ
tiriaca curet: vel q: fuerit caſus aut percuſſio medicinas
caſus ⁊ percuſſionis precedere oꝫ de quibꝰ infra dicetur
deinde ad mēbri correctionē deuenire. Confortationeꝫ
vero ꝯplet miniſtratio medicinaꝝ hn̄tium ꝯfortare ner
uos mollificatos ⁊ ꝓprie iferioꝝ ptiū ⁊ veſice a ꝓprieta
te retinere vrina: ⁊ ſūt q̄ dicte ſūt in cura paraliſis ſimpli
ces ⁊ compoſite. Et ex ſimplicibus appropriatis veſice
⁊ collo eius in hoc caſu ſunt calide ſicce ſtiptice: ⁊ pluri-
mum ex eo quod plurimum ex cā frigida: ⁊ hūida talis
mollificatio lacerti in ſe ꝓuenit ⁊ ſunt ciperum ſandara
cha ⁊ thus maſculum ⁊ cortex eius: mirra ſtorax ſicca pi
retrum ⁊ emilia ſicca alcanna mahael ⁊ alhaſce ſemē vr
tice aſſarum macis anacardus nux muſ. ciminum origa
num cinamomum ponticum galle cipreſſi ſticados ara.
acorus ⁊ ſimilia aſſata ne prouocent ſed ſtipticando con
fortent ⁊ retineant ꝯfortando. Sunt autem cū melle cō
fecta cocta ⁊ ſumpta: vel cū melle emblicorum vel melli
crato bibita qō fit ex vino pontico factuꝫ. Et ex compo
ſitis eſt tiriaca ⁊ mitridatum confectio anacardi. trifera

maioꝛ: ⁊ trifera minoꝛ ꝯfoꝛtata cũ anacardo vel ſagenca
mixta cum aliquibus ſtipticantibus : ⁊ ↄticis vt granis
mirti ⁊ copul glandium balauſtijs ſimilibus. Et expte
ſunt pillule de alhaſce piretro ⁊ diaciminum quando ei⁹
ſemina valde teruntur ſumptum ⁊ inunctum eſt iuuati-
uũ frigoꝛiſ membꝛorum vrinalium ⁊ retinet inuoluntariũ
exitũ. Et cũ diſtillatio ex ĩpotentia ⁊ defectu expulſiue ꝓ
cedit miniſtranda ſunt pꝛouocantia cum confoꝛtatione ⁊
pauca ſtipticitate qualia ſunt que infra dicenẽ. Et exteri⁹
inungendis in hoc caſu eſt oleum de alcana de maſtice
de thure ⁊ de keruа ⁊ ſilia olea vt coſtinũ nardinum ru-
taceum de ſtichados de reubarbaro diſruptis in eis muſ
co caſtoꝛeo vel euſoꝛbio : ⁊ oleum de been eſt foꝛte valde
⁊ bonum. In ea vero que ex humiditate cũ caliditate ẽ
lʒ raro ꝯuenientes medicine in ꝯfoꝛtando ſunt ſtiptice ⁊
frigide ſimplices ⁊ compoſite. Simplices vero vt coꝛian
drum ſiccum roſa ⁊ fructus ſtipites eius ſemen poꝛtula-
ce pꝛopꝛie grana mirobalanoꝛum coꝛalli camphoꝛa bolũ
ar. ſint autem ſumpta cũ zuccaro: vel bibita cũ aqua gra
natoꝛum ſumac citonioꝛum ⁊ alioꝝ fructuum ponticoꝛũ
mixto aliquo diuretico calido. ¶ Et compoſita ſunt q̃ ex
his ꝯponuntur: ⁊ qui infra dicentur. Et ex vnguẽtis ex
terius eſt oleũ roſ. ⁊ ꝓpꝛie onſancinũ mirtinũ de balau
ſtijs ⁊ ſilia. Medicine appꝛopꝛiate in reſtringendo ⁊ re
tinendo vrinam ſunt zaru: aque aluminoſe ⁊ aq̃ frigide
oẽs merdaſengi ſi bibatur vl ꝓijciatur in aq̃ que bibitur
retinet vrinã. Fungi faciunt poſſidere difficultatẽ vrine
Vſus comeſtionis carnium ericij facit vt vrina cum dif
ficultate egrediaẽ. Et q: aſſuete vtitur emila : nõ indige
bit vt mingat oĩ hoꝛa. Coꝛ: ex ſcerbin bibita conſtringit
vrinam ⁊ ſcoꝛia ferri eſt vltima in retinendo. Mumia
mixta cum farina ⁊ ſuppoſita vel diſſoluta in ſambucino
⁊ diſtillata in virgam confert paucitati tolerantie vrine
lutum ar. bibitum in ouo retinet vrinam. Et oĩa ponti-
ca de ſe ſũt cõia diureticis cum ſanguinẽ ingroſſent ſicut
lentes: ⁊ lʒ ꝑ accidens ꝯtrarium operanẽ: q: ꝓuocant re-
ſtringendo illud: tamẽ per eoꝝ poſtpoſitionẽ cibo vel ꝓ-
miſſionẽ alterius lenitiui tolliẽ vt ſupꝛa in diabete eſt di
ctum. Inquit pꝛinceps Abohali. Omnis qui deficit in
tolerantia vrine iuuaẽ a medicinis deſideriũ coeundi ꝓ-
uocantibus q̃ dicetur infra. Confectio medicaminis ex-
perti ſecũdum Abo. in frã. ℞. mirob. kebut. oꝛeſactoꝛũ
multũ ſandarache mirre olibanis ciperi añ ptes. iij. ga-
rioff. partẽ. ſ. emule aduſte granoꝛũ machalebꝛ añ. par-
tes. ij. Conficiantur cũ melle emblicoꝛũ: ⁊ reſeruenẽ ⁊ bi
batur. doſis. ʒ. ij. Aliud ad frigidã. ℞. caſtoꝛei mirẽ alha
ſce: copularũ glandium piretri añ partes equales: ꝯficiã
tur cũ aqua mirte humide. ⁊ ſit doſis. ʒ. i. Confectio me-
dicaminis ad calidam. ℞. coꝛiãdri ſicci roſaꝝ ru. añ. ʒ. ij.
ſpodij. ʒ. x. ſemis lactuce poꝛtulace añ. xv. boliar. ʒ. v. cam
phoꝛe. ʒ. ſ. gummi põdus. ʒ. ij. conficianẽ cũ aqua grana-
ti acetoſi. Aliud. ℞. karabe boliar. mirobolanoꝛum ni-
groꝛum medul glandiũ ⁊ lentium excoꝛticatarum añ. ʒ.
ij. coꝛiãdri toꝛrefacti in aceto poſiti. ʒ. i. doſis. ʒ. i. ⁊ omnia
poſt permiſſionem lenificantium alicuius miniſtrentur
Aliud io. ſerapionis ꝯferens iuuamentum manifeſtum
℞. granoꝛum mirti. glandium coꝛticũ thuris cimini car
meni ⁊ ciperina partes equales terantur. ⁊ ſit doſis. ʒ. iij.
cũ vino antiquo. Aliud. ℞. extremitatum mirti ſicci alu-
minis folioꝛum alkanne thuris mirre balauſtie glãdiũ

ana. partes. i. coquanẽ in vinoꝛ ⁊ detur ex eo. ʒ. i. in mane
eſt iuuamentũ valde ad ſanguinẽ qui currit ex renibus
⁊ veſica. Dixit imain. Qui nõ pñt ꝯtinere vrinam vta-
tur menta oꝛtulana: q̃m cõfoꝛtat plus omnib⁹ herbis: ⁊
pꝛopꝛie ſtomacum: ⁊ caſtoꝛeum magis ceteris carnibus
⁊ maſtix ceteris gummis ⁊ galanga omnib⁹ aromatibus
